

INTROIT Daniel 3:31, 29, 35

Ómnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti, quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Omnia, quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudicio fecisti, quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ.

COLLECT

Largíre, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente deserviánt. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 5: 15-21

Fratres: Vidéte quómodo caute ambulétis: non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes: rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intelligéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria, sed implémini Spíritui Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, et hymnis, et cánticis spirituálibus, cantántes, et psalléntes in córdibus vestris Dómino: grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Jesu Christi, Deo et Patri. Subjécti invicem in timóre Christi.

GRADUAL Psalm 144: 15, 16

Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore oportúno. Aperis tu manum tuam, et imples omne ánimal benedictióne. Allelúja, allelúja. (Ps. 107: 2) Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallum tibi, glória mea. Allelúja.

GOSPEL John 4: 46-53

In illo témpore: Erat quidam régulus, cujus fílius infirmabátur Capharnaum. Hic, cum audísset, quia Jesus adveníret a Judæa in Galilæam, ábiit ad eum: et rogábat eum ut descenderet et sanáret fílium ejus: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa, et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus: Dómine, descénde priúsqvam moriétur fílius meus. Dicit ei Jesus: Vade fílius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendénte, servi occurrérunt ei, et nuntiavérunt dicéntes, quia fílius ejus viveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Fílius tuus vivit: et crédidit ipse, et domus ejus tota.

OFFERTORY Psalms 136: 1

Super flúmina Babylónis illic sédimus, et flévimus, dum recordarémur tui, Sion.

SECRET

Cæléstem nobis præbeant hæc mystéria, quæsumus, Dómine, medicínam: et vítia nostri cordis expúrgent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 118: 49, 50

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

POSTCOMMUNION

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus: fac nos, quæsumus, tuis semper obedíre mandátis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

All that Thou hast done to us, O Lord, Thou hast done in true judgment: because we have sinned against Thee, and we have not obeyed Thy commandments: but give glory to Thy Name, and deal with us according to the multitude of Thy mercy. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. All that Thou hast done to us, O Lord, Thou hast done in true judgment: because we have sinned against Thee, and we have not obeyed Thy commandments: but give glory to Thy Name, and deal with us according to the multitude of Thy mercy.

In Thy mercy, we beseech Thee, O Lord, grant to Thy faithful people pardon and peace, that they may be cleansed from all their sins and also serve Thee with a quiet mind. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: See how you walk circumspectly, not as unwise, but as wise; redeeming the time, because the days are evil. Wherefore, become not unwise, but understanding what is the will of God. And be not drunk with wine, wherein is luxury: but be ye filled with the Holy Spirit, speaking to yourselves in psalms and hymns and spiritual canticles, singing and making melody in your hearts to the Lord: giving thanks always for all things, in the Name of our Lord Jesus Christ, to God and the Father; being subject one to another in the fear of Christ.

The eyes of all hope in Thee, O Lord, and Thou givest them meat in due season. Thou openest Thy hand, and fills every living creature with Thy blessing. Alleluia, alleluia. (Ps. 107: 2) My heart is ready, O God, my heart is ready: I will sing, and will give praise to Thee, my glory. Alleluia.

At that time, there was a certain ruler whose son was sick at Capharnaum. He, having heard that Jesus was come from Judæa into Galilee, went to Him, and prayed Him to come down, and heal his son for he was at the point of death. Jesus therefore said to him: Unless you see signs and wonders, you believe not. The ruler saith to Him: Lord, come down before my son die. Jesus saith to him: Go on thy way, thy son lives. The man believed the word which Jesus had said to him, and went his way. And as he was going down, his servants met him, and they brought word, saying that his son lived. He asked therefore of them the hour wherein he grew better. And they said to him: Yesterday at the seventh hour the fever left him. The father therefore knew that it was at the same hour that Jesus said to him: Thy son lives; and himself believed, and his whole house.

Upon the rivers of Babylon there we sat and wept when we remembered thee, O Sion.

May these mysteries, we beseech Thee, O Lord, provide us with a heavenly remedy; and purge our hearts from their vices. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Be Thou mindful of Thy word to Thy servant, O Lord, in which Thou hast given me hope: this hath comforted me in my humiliation.

That we may be made worthy, O Lord, of these holy gifts: make us, we beseech Thee, ever to obey Thy commandments. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.